Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philippi Melanchthonis Grammatica Latina

Melanchthon, Philipp

Wittebergae, 1621

Caput XXXI. De verbalibus

urn:nbn:de:bsz:31-112308

Visual Library

ptuplus, Octuplus, Noncuplus, Decuplus, Centuplus, Millecuplus, &c.

† *Qvæ ſunt Ponderalia & Temporalia?*

Qvæ numerum certæ rei, v, g. certi pondo, vel certi temporis exprimunt; qvorum Interrogatio eſt, QVOT ANNORUM EST? QVOT PONDO EST? &c. *ut, Bimus*, Zweyjährig; *Trimus, Qvadrimus, Qvimus, Bimulus, Trimulus, Qvadrimulus; Tricenarius, Qvadragenarius, Sexagenarius, Septuagenarius, Centenarius,* [5] *Millenarius. Sic Biennis, Triennis,* 5.
Qvadriennis, Qvinqvennis vel Qvinqvennalis, Sexennis, Septennis, vel Septuennis, Octennis, Novennis, Decennis. Sic *Bimeſtris, Trimeſtris, Qvadrimeſtris, Semeſtris.*

† *Suntnè & Subſtantiva Numeralium?*

Sunt: *ut, Unitas, Binarius, vel Græcum Dyas: Ternio, Ternarius,*[6] *vel Græcum Trias, & ſic* 6.
in cæteris: Qvaternio, Qvaternarius; Qvinarius; Senio, Senarius; Septenarius, Octonarius, Novenarius; Denio, & Denarius. Item, *Bimatus, Trimatus, Qvadrimatus.* Item, *Biennium, Triennium, Qvadriennium, &c. Biduum, Triduum, Qvatriduum, &c. Binoctium, Trinoctium, Qvadrinoctium, &c.*

CAPUT XXXI.

DE VERBALIBUS.

† *Qvid ſunt Nomina Verbalia?*

Qvæ à Verbis, aut eorum Participiis vel Supinis deducuntur, & Tempus non ſignifi-

ſignificant. *ut*, *Cubile*, *à Cubo*: *Audientia*, *ab Audiens*: *Innocens*, *à Nocens*; *Amator*, *ab Amatum*: *Lectio*, *à Lectum*; *Doctus*, *à Participio Doctus*.

△ *A qvibus Temporibus deducuntur?*

8. Vel à Præſente ſeu ipſo Themate Verbi: vel à Præſente Participii: vel ab altero Supinorum: vel à Præterito Participii.

Terminationes vide in Hypomnemaſi.

CAPUT XXXII.

DE FIGURA NOMINUM.

□ *Nomina Compoſita ex qvibus Orationis partibus conſtant?*

Vel ex diverſis Nominibus. *ut*, *Paterfamilias*, *Magnanimus*, *Unoculus*, *Uniusmodi*. Sic ex Nomine & particula Numerali. *ut*, Annus, *Biennium*, *Triennium*, *Qvadriennium*, *Qvinqvennium*, *Sexennium*. Dies, *Biduum*, *Triduum*, *Qvatriduum*. Menſis, *Bimeſtris*, *Trimeſtris*, *Qvadrimeſtris*, *Qvinqvemeſtris*, *Semeſtris*. Pes, *Bipes*, *Tripes*, *Qvadrupes*, *Sesqvipes*, *Semipes*. Caput, *Biceps*, *Triceps*. Remus, *Biremis*, *Triremis*, *Qvadriremis*, *Qvinqveremis*. Via, *Bivium*, *Trivium*, *Qvadrivium*. Hora, *Semihora*, *Sesqvihora*. Homo, *Semihomo*. Vir, *Semivir*. Fera, *Semifer*. Arma, *Semiermis*. Circulus, *Semicirculus*. Somnus, *Semiſomnus*. Vivus, *Semivivus*. Libra, *Selibra*. Uncia, *Semuncia*. Pedalis, *Sesqvipedalis*. Modius, *Semodius*, *Sesqvimodius*. Centum, *Sesqvicentum*, *&c.*

Vel